



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

51. Fer. 3. De temeritate judiscandi, conatu supra vires, licentia
inrepani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO LI.

Feria 3. Dominicæ 6. Epiph.

De temeritate judicandi, conatu supra vires, licentiâ increpandi.

V Ide tres alios scopulos, ad quos in portu naufragari consueverunt perfectionis cursum emensi. Petam intelligere hos scopulos, & evitare.

Conf. 1. Quomodo in perfectis oriatur subinde temeritas judicandi facta, dicta, & cogitationes aliorum, & amaritudo super iisdem. His medetur timor castus, quo quis timet, ne in similia, vel deteriora incidat.

Conf. 2. Quomodo in ijs oriatur præterea conatus supra vires laborandi, cum anxietate immoderata imperfectiones minimas vitandi. Huic medetur prudentia, & humilitas, quâ quis novit, quòd non possit adijcere ad staturam suam cubitum unum, Matt. 6. & quòd omnis sufficientia nostra ex DEO sit. 2. Cor. 3.

Conf. 3. Quomodo oriatur deinde etiam licentiosa increpandi libertas, & audacia loquendi, & invehendi etiam in majores, Prælatos, Principes. Vnde manant magna scandala, & nulla emendatio, ob omissas regulas Prudentiæ Huic medetur circumspectio, & Consilium Sapientium, quod quis in increpatione

patione vitiorum sequi debet: *Amor Sanctus impatientiam non habet*, inquit D. Hieron. ad Damasum.

MEDITATIO LII.

Feria 4. Dom. 6. Epiph.

De Immisericordia.

Vldebo non minus periculosum scopulū perfectorum immisericordiam. Petam eam intelligere, & evitare.

Conf. 1. Quomodo etiam oriatur immisericordia, quā nesciunt alienis necessitatibus condolere, & solent ob defectum admissum ā proximo magnas tragœdias excitare. Hoc laborare solent, qui perpetuó sani fuerunt, & qui semper à Prælati dilecti & magni habiti, nunquam locum infimum tenuerunt: & qui à pueritia pacatè viventes passionum effrenationem ignorârunt: qui nimis zelosi, ut S. Carpus, cui Christus apparens flagellatus aiebat: *Percute me ipsum, non reum illum penitentem.*

Conf. 2. Quomodo his Deus mederi soleat ariditate cordis, aegritudinibus infamibus, & manifestis casibus eos castigando.

Conf. 3. A misericordia remedium periculi contra ejusmodi Deo odibilem, proximo noxiam immisericordiam, exemplo D. Iesu, qui non venit animas perdere, sed salvare,